



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sancti Gregorii Papæ Primi Cognomento Magni Opera

In Tres Tomos Distributa. Ex quamplurimis MSS. Codicibus emendata ;
Additæ Sunt Quædam Notæ in Dialogos & Epistolas ejusdem S. Gregorii

Gregor <I., Papst>

Lutetia Parisiorum, 1675

Catalogus Manuscriptorum Codicum, Quorum ope emendata sunt sancti
Gregorii Magni Opera, ordine alphabetico digestus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74915)

C A T A L O G U S M A N U S C R I P T O R U M C O D I C U M,

Quorum ope emendata sunt sancti Gregorii Magni Opera, ordine alphabetico digestus.

Et notæ quibus unufquisque codex designatur.

- ANGL.** **S** Ex manuscripti codices Epistolarum in Angliâ, qui recensentur in Vindiciis Gregorianis.
- ANS.** Collectio canonum manuscripta Anselmi Lucensis Episcopi, quæ habetur in Bibliotheca S. Germani à Pratis Parisiensis.
- AUD.** Ex Monasterio Sancti Audoeni Rotomagensis codex ms. Dialogorum. Ex eodem, codex ms. Registrum 500. circiter annorum, quem sicut & superiorem recensuit vir eruditissimus Emericus Bigot, & variantes lectiones benigne ad me transmissit.
- BELLOV.** In Bibliotheca Capituli Bellovacensis codex ms. Pastoralis antiquus & optima nota, quem summa diligentia cum editis contulit vir eruditissimus juxta & humanissimus D. Le Nain de Tillemont, qui varias lectiones pro sua benignitate mecum communicavit.
- BOSC.** Ex Bibliotheca Illustrissimi D. Francisci du Bosquet, Episcopi Montispeffulani, codex ms. Pastoralis, cujus variantes lectiones à se concinnatas ipse mihi perhumaniter largitus est.
- BIG.** In Bibliotheca eruditissimi viri D. Emerici Bigot Rotomagensis, codex ms. Moralium 500. ann. imperfectus, sed optima nota.
- Ibid. codex ms. Dialogorum antiquus & optima nota.
- Ibid. codex ms. Epistolarum. Quorum omnium summa cura pro more suo recensitorum varias lectiones misit ad me vir humanissimus.
- CALEST.** Ex Bibliotheca Cælestinorum Paris. codex ms. qui inscribitur Remediarium Confessorum, ex operibus S. Gregorii confectus, quem perbenigne mihi communicavit vir benignissimus P. Gabriel Moreau Bibliothecarius, unâ cum plurimis libris editis non vulgaribus, quibus illa Bibliotheca abundat. Ex eodem Monasterio codex ms. Dialogorum 400. ann. quem ex Conventu Cælestinorum juxta Meduntam mihi deferendum curavit vir religiosissimus P. Bonaventura Bauduy, cui ob id & alia multa quæ mihi largissime contulit, plurimum me debere profiteor.
- CARM.** Ex Monasterio Carmelitarum Paris. codex ms. Epistolarum 600. circ. ann. qui nunc extat in Bibliotheca Regia.
- CARNOT.** In Bibliotheca Capituli Carnotensis codex ms. Moralium antiquus & optima nota.
- Ex Monasterio S. Petri in Valle Carnotensi codex ms. Dialogorum 700. ann. & optima nota.
- Ex eod. Mon. codex ms. Registrum 600. circ. ann. Ibid. codex ms. Commentarii in Cantica.
- Ex Bibliotheca Capituli Catalaunensis codex ms. Epistolarum, quem accuratissime cum editis contulit vir eruditissimus P. Robertus de Gyvez, Canonicus Regularis, Theologiæ Professor in Monasterio S. Memmii in suburbio Catalauni.
- Ex ead. Biblioth. codex ms. Comment. in Cantica, quem recensuit idem P. de Gyvez.
- Ex Bibliotheca Monasterii Cisterciensis codex ms. Epistolarum, cujus variantes lectiones habui beneficio Domni Joannis de Lannoy, ejusdem Cœnobii Monachi studiosissimi.
- Ex Monasterio Cluniacensi codex ms. Moralium antiquus, qui scriptus est jussu S. Maio-
CLUN. li Abbatis Clun. qui vivebat an. 950. & completus est jussu S. Odilonis Abb. qui floruit an. 998. Scriptor fuit Bertrannus monachus, ut legitur in fine codicis.
- Ex eod. Mon. codex ms. Pastoralis 500. circ. ann.
- Ibid. codex ms. Dialogorum 500. ann.
- Ibid. cod. ms. Epistolarum 600. circ. ann.
- Ex Monasterio Compendiensi duo mss. codd. Moralium, alter 800. fere, alter 350. ann. ex quibus aliqua misit ad me P. Gyvesius.
- Ex Monasterio Corbeienſi codex ms. Pasto-
CORB. ralis 600. & amplius ann. optima nota.
- Ibid. codex ms. Dialogorum 600. ann.
- Ibid. codd. duo mss. Epistolarum. Prior antiquissimus 800. fere ann. qui continet tantum Epistolas 54. à Paulo Diacono ad Adalardum Abbatem Corbeienſem transmissas, ut patet ex Epistola prævia ejusd. Pauli ad Adalardum. Posterior est 500. & amplius ann.
- Ex Monasterio Gemeticensi codex ms. E-
GEM. pistolarum 500. circ. ann.
- In Bibliotheca clarissimi viri D. Claudii
JOL. Joly, Cantoris Parisiensis, codex ms. Moralium 700. ad minus an. optima nota.
- Ibid. codex ms. Comm. in Cantica 500. ann.
- Ex Monasterio Longipontis codex Moral.
LONG. 600. & amplius ann.
- Ex eodem codex ms. Pastoralis antiquus.

Catalogus mss. Codicum, &c.

- Ut *utrumque summa diligentia & incredibili labore contulit cum editis exemplaribus vir studiosissimus D. Joannes Sacquespée, ejusdem Monasterii Monachus, qui & variantes lectiones ad me misit, plura daturus, nisi immatura morte præreptus fuisset.*
- LYR.** Ex Monasterio Lyrensi codex ms. Epistolarum 500. ann. quem D. Bigot recensuit.
- MOISS.** Ex Mon. Moissiacensi codex Epistolarum 700. ad minus ann. & optima nota.
- REG.** In Bibliotheca Regis Christianissimi codex ms. Moralium antiquior 600. annis, & optima nota. Duo Epistolarum codices mss. unus 700. circiter ann. alter 600. uterque optima nota. Codex Græcus Dialogorum S. Gregorii ex versione Zachariae Papæ 400. circ. ann. qui solus videtur esse in tota Gallia. Sed nec alium in Germania, Anglia, Belgio, Italia reperire potui, excepto unico Mediolanensi, ex quo variantes quasdam lectiones mihi communicavit doctissimus Petrus Paulus Boscha, Ambrosianæ Bibliothecæ Præfectus.
- REGAL.** Ex Monasterio Regalis montis codex ms. Moralium 500. & amplius ann.
- PRAT.** Ex Monast. Pratellensi cod. ms. Epistolarum 500. circ. ann.
- REM.** Ex Ecclesia Remensi codex ms. Epistolarum antiquus.
- REMIG.** Ex Mon. S. Remigii Remensis codex Epistolarum 600. ann. in quo sunt 715. Epistola.
- SANG.** In Bibliotheca S. Germani à Pratis Paris. duo mss. codd. Moralium. Alter 700. circ. ann. alter ejusd. fere ætatis, sed mancus: uterque optima nota. Codex ms. Pastoralis 500. ad summum annorum, sed bona nota. Codex ms. Dialogorum 800. circ. ann. & optima nota: alter 600. circ. ann. Quos omnes & plures alios pro innata sibi erga literatos benignitate, & antiqua nostra necessitudine abundè mihi communicavit D. Lucas Dacherius, ejusdem Bibliothecæ Præfectus, doctis omnibus tam Gallis quàm exteris notissimus.
- SEQUIER.** In Bibliotheca Sequieriana codex ms. Epistolarum 700. ad minus ann. & optima nota. Divisus est per Indictiones.
- SORB.** Ex Bibliotheca Sorbonica codd. duo Epistolarum: Alter 600. fere ann. alter recentior.
- TELL.** In Bibliotheca illustrissimi D. le Tellier, Archiepiscopi Remensis, duo mss. codd. Epistolarum: quorum prior excedit 700. annos, & est optima nota: posterior videtur esse 600. ann. & exscriptus ex priori. Continent autem Epistolas 711. nec per libros divisi sunt.
- In Mon. S. Theodorici Remensis cod. ms. THEOD. Epistolarum.
- In eod. duo mss. codd. Commentarii in Cantica, quos recensuit P. Gyvesius.
- In Bibliotheca Thuanea insignis codex ms. THU. 700. & amplius ann. Tati Episcopi Casarugustani, qui inscribitur Collectarius, in quo multa sunt fragmenta operum S. Gregorii, & maxime Pastoralis.
- In ead. Bibliot. codex ms. Epistolarum ann. fere 700. & optima nota, continens Epistolas 278. sine ulla divisione librorum.
- Ex Bibliotheca Collegii Trecentis Presbyterorum Oratorii codex ms. Pastoralis 400. circ. ann.
- Ex ead. Bibliot. codex Homiliarum in Ezechielem 500. ann.
- Plurimi mss. codd. ex operibus S. Greg. in VATIC. Bibliotheca Vaticana, quorum variantes lectiones mihi humanissime misit Eminentiſſ. Cardinalis Bona: & inter cetera exemplum collationis Vaticanæ antiquissimorum quinque mss. ex Epistolis factæ ab anonymo, anno 1600.
- Ex Bibliotheca S. Victoris Parisiensis duo VICT. mss. codd. Moralium, non ita antiqui, sed bonæ nota.
- Duo mss. codd. Pastoralis: quorum prior satis antiquus, posterior non ita.
- Dialogorum duo mss. codd. alter 600. alter 500. ann.
- Epistolarum duo, alter 600. alter 400. ann.
- Horum mss. Codicum abundè copiam mihi fecit vir diligentissimus Carolus le Tonnelier, Canonice Regularis S. Victoris, & Bibliothecæ Præfectus, qui totum opus S. Gregorii cum multistam istius Bibliothecæ, quàm aliis undequaque conquisitis mss. codicibus, indefesso per tres & amplius annos labore mecum contulit, meque sua opera & cunctis insignis illius Bibliothecæ voluminibus mirum in modum adjuvit.
- Ex Monasterio Vindocinensi codex Moralium ann. circ. 700.
- Ex eod. Mon. duo mss. codd. Canticorum quos contulit P. de Gyves.
- Ex Bibliotheca clarissimi viri Gerardi Joannis Vossii, Isaaci filii, codex ms. Epistolarum 600. & amplius ann. & optima nota, in quo sunt tantum Epistolæ 254.

